



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Brevis Expositio Propositionum Damnatarum**

**Didacus <ab Aragonia>**

**Venetiis, 1728**

Censura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42653**

certa, & infallibili Spiritus Sancti assistentia non operari; Quamobrem omninò temere asseritur, Bullam Urbani esse subreptitiam; nempe editam à Pontifice veritatis ignaro, nam præscindendo ab assistentia Spiritus Sancti in decidendis questionibus ad fidem pertinentibus, Pontifex in ea Bulla asserit, ex matura, ac diligenti lectione illius libri, cui titulus, *Augustinus*, compertum esse, in eo multas propositiones *Michaelis Baii* à duobus Pontificibus antecedenter damnatas contineri, ac renovari.

## C E N S U R A.

86. **Q**Uæritur An quoad forum Conscientiæ eo correcto, ejusque contumacia cessant re, cessent, etiam Censuræ?

Resp. Negative, cum opinio affirmativa sit expressè ab *Alexand. VII. damnata cum propositione 44.* Falsitas enim ejus ostenditur ex eo, quia licet cōtumacia requiratur, ut possit feri Censura, adeò ut hæc ab illa dependeat in fieri, non pendet tamē ab illa in conservari, non secus ac culpa est causa penæ, hæc tamen sæpè post culpam transactam perseverat, atque adeò licet post resipiscentiam, & condignam satisfactionem exhibitam absolutio conferenda sit eo, quòd Censura sit æna Medicinalis, & non mere vindicativa, nihilominus ea ante absolutionem non cessat, tum quia qui juridica, & legitima potestate ligatur, ab eadem debet absolvi, tum etiam quia quamvis sublata contumacia satisfactum sit obedientiæ debite Ecclesiæ, pena tamen pro culpa commissa non sufficienter luitur, donec ab ipsa Ecclesia absolutio obtineatur.

87. Quæ-

87. Quæritur. An Censura ferri possit ad tempus determinatum, puta per mensem, eoque elapso cesset Censura per absolutionem, quæ fertur simul cum excommunicatione sub conditione quod mensis elabatur?

Resp. Negativè, ratio est, quia cum Censura sit pœna Medicinalis non potest ferri ad tempus determinatum, nam si ante illud resipuerit reus, debet ante illud absolvi, & si post illud perseveraverit contumacia, non est æquum, quòd absolvatur, & quamvis nonnulli doceant, quod possit ferri Censura ad tempus indeterminatum, puta donec restituas, & quod in tali casu, purificata conditione, Censura statim cesset ob absolutionem, quæ simul cum excommunicatione collata fuit sub conditione restitutionis; verum cum ex *Reg. 77. Juris in 6. Actus legitimi conditionem non recipiant*, propterea quando quis excommunicatur, vel suspenditur, donec restituat, non fit sensus, quod ex tunc absolvaatur sub conditione, quod restituat, sed fit sensus, quod non erit absolvendus, nisi post restitutionem atque adeò etiam si restituat, adhuc indiget absolutione, quia propter universim contumacia cessante, ac reo correcto, Censuræ non cessant.

88. Quæritur. An si excommunicatus occultus moriatur pœnitens, indigeat absolutione post mortem?

Resp. Esse absolvendum occultè, cum disputetur à DD. an possit Ecclesiæ suffragiis frui ante absolutionem, ubi notandum, quod qui probabiliter docent, excommunicatum contritum ex benignitate Ecclesiæ esse capacem indulgentiarum; non proinde

do-

docent esse simpliciter à Censura immunitatem ante absolutionem, cum negent, posse illum suscipere Sacramenta pœnitentiæ, aut Eucharistiæ, antequam absolvatur.

## C O M M U N I O.

89. **Q**UÆRITUR. An præcepto Ecclesiastico Communionis annuæ satisfiat per sacrilegam Eucharistiæ sumptionem?

Resp. Negativè, nam is, qui sacrilegè suscipit Eucharistiæ Sacramentum; non solum non satisfacit præcepto, sed potius peccat contra præceptum divinum, & contra Ecclesiasticum, atque adeò tenetur adhuc præcepto humano ad Communicandum dignè, oppositum est expressè damnatum *ab Innocent XI. propositione 55.*

90. QUÆRITUR. An frequens Confessio, Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, sit nota prædestinationis?

Resp. Prædictus Pontifex proscripsit *propositionem 59.* id asserentem; & meritò, quia ex triplici capite ipsa delirat; primò, quia supponit eum, qui gentiliter vivit, id est depravatis, & corruptis continuè moribus, se ritè disponere quotidie, vel frequenter ad Sacramenta recipienda; 2. quia cum moraliter certum sit, eum, qui gentiliter vivit, & depravatis moribus vitam continuat, si accedat ad Sacramenta, malè, & indignè se disponere ad ea suscipienda, consequenter sacrilegam esse in eo receptionem Sacramentalem, ea propositio indicat, talem receptionem, quantumvis sacrilegam, esse notam prædestinationis, quo quid absurdius excogitari potest? 3. Quia nullum est